Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6286
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



58

vo veritas sic intellectus mensuratur a veritate rerum naturalium Sic quarta veritas omnis mensuratur a veritate intellectus De omnibus quidem istis predicatur verum quod cum ente quantum ad deum et verum et ens res quae est verum intellectus verum Sed omne vera est

Aliquid addit super ens esse ab alio divisum Unde est dicta ut aliquid et aliquis Nam aliquis est additum masculini generis Aliquid enim sibi neutri generis Masculini genere habet personam certam et sic habet aliquitatem in persona Neutrum vero habet sua sufficientiam absque importat aliquitatem in essentia Et sic aliquid est transcendens superius neutraliter Sic masculine sumptum non est transcendens

Bonum addit super ens ordinem ad appetitum sicut veritas ordinem ad intellectum Est quidem principium bonitas Prima est essentialis quae est ipsa rei entitas Alia est bonitas nec esse ut ambulatio sine claudicatione Tertia est bonitas moris ut ambulare ad ecclesiam ad audiendum missam Quarta est bonitas gratiae gratuitae ut audire sermonem in ecclesia et quadrupliciter semper addit super aliud Unde homo per hanc omnes istas quatuor gradus bonitatis in se Bonum et transcendens de omnibus istis simpliciter predicatur Et hec pauca de transcendentibus sufficiant Explicit in quaestiones Gerwilrensis in festo sancti Galli Anno dni 1480 per fratrem Johannem Flechtel ordinis predicatorum